Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ne

li qui tulit me de domo patris mei. et
de terra natiuitatis mee. qui locutus
est michi et iurauit dicens. Semini
tuo dabo terram hanc. ipse mittet an
gelum suum coram te. et accipies in
uxorem filio meo. Sin autem noluerit
mulier sequi te non teneberis iuramen
to. filium tantum meum ne reducas
illuc. Posuit ergo seruus manum sub
femore abraham domini sui. et iura
uit illi super sermone hoc. Tulitque decem
camelos de grege domini sui. et abiit ex
omnibus bonis portans secum. Profec
tusque perrexit mesopotamiam ad
urbem nachor. Cumque fecisset accum
bere camelos extra oppidum iuxta
puteum aque uespere eo tempore quo so
lent mulieres egredi ad hauriendam
aquam. orauit dominum dicens.
Domine deus domini mei abraham.
occurre hodie obsecro michi. et fac mi
sericordiam cum domino meo abra
ham. Ecce ego sto prope fontem aque.
et filie habitatorum huius ciuitatis
egredientur ad hauriendam aquam.
Igitur puella cui ego dixero inclina
ydriam tuam ut bibam. et illa respon
dit. bibe. quin et camelis tuis dabo po
tum. ipsa est quam preparasti seruo tu
o ysaac. Et per hoc intelligam quod fecis
mi cum domino meo abraham.
Hec dum intra se uerba compleuerat.
et ecce rebecca egrediebatur. filia ba
tuel. filii melche uxoris nachor fratris
abraham. habens ydriam in scapula
sua. puella decora nimis. uirgoque pul
cherrima. et incognita uiro. Descende
rat autem ad fontem. et impleuerat
ydriam. ac reuertebatur. Occurritque
ei seruus. et ait. Pauxillum michi
ad sorbendum prebe aque de ydria
tua. Que respondit. Bibe. domine mi.
Celeriterque deposuit ydriam super ulnam
suam. et dedit ei bibere. Cumque ille bibis
set adiecit. quin et camelis tuis hauriam
aquam donec cuncti bibant. Effundes
que ydriam in canalibus. recucurrit ad
puteum ut hauriret aquam. Et haus
tam omnibus camelis dedit. Ille autem
contemplabatur eam tacitus scire vo
lens utrum prosperum fecisset iter suum
dominus an non. Postquam ergo bi
berunt cameli. protulit uir inaures
aureas appendentes siclos duos. et
armillas totidem. pondere syclorum. x.
Dixitque ad eam. Cuius es filia. Indica
michi. Est in domo patris tui locus
ad manendum. Que respondit. Filia
batuelis sum filii melche. quem peperit
nachor. Et addidit dicens. Palearum
quoque et feni plurimum est apud nos.
et locus spaciosus ad manendum. Incli
nauit se homo. et adorauit dominum
dicens. Benedictus dominus deus domini
mei abraham. qui non abstulit misericordiam
et ueritatem suam a domino meo. et rec
to me itinere perduxit in domum fratris
domini mei. Cucurrit itaque puella. et
nuntiauit in domum matris sue. omnia
que audierat. Habebat autem rebec
ca fratrem nomine laban. qui festinus
egressus est ad hominem. ubi erat fons.
Cumque uidisset inaures et armillas in
manibus sororis sue. et audisset cuncta
uerba referentis. Hec locutus est mi
chi homo. uenit ad uirum qui stabat
iuxta camelos. et prope fontem aque.
dixitque ad eum. Ingredere benedicte
domini. Cur foris stas. Preparaui do
mum. et locum camelis tuis. Et in
troduxit eum in hospicium. ac desta
uit camelos. Deditque paleas et fenum